

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Fideiussio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

6 Fidei professionem publicè facere debent  
assumpti ad dignitatē in Cathedrali, vel Ca-  
nonicatum: vel ad curam animarum, etiam  
Religiosorum, & Magistri. *Conc. Trid. sif. 25.6.*  
*12. de refor. & Pius IV.*

\*Quod ni faciant intra duos menses, à die  
capitæ possessionis, non faciunt fructus suos,  
nec illis suffragatur possessio. *Trid. sif. 24.6.*  
*de reform. Elapſis quoque duobus mensibus,*  
*adhuc tenetur eam facere. Nau. conf. 4. de-*  
*sum. Trinit.*

*Fideiūſio, vide Mutuum.*

1. **P**otest pro fideiūſione aliquid pretij ac-  
cipi, etiam si nullum timeatur periculum;  
est enim ex se pretio animabilis.

\**De fideiūſore P. N. l. 3. c. 4. à nu. 146. Garziſ*  
*c. 38. Lopez. l. 2. de cont. c. 16. 17.*

De vſura, quæ contingere potest in fideiūſi-  
one *Mol. d. 319.*

\**Sot. l. 6. q. 1 art. 2. col. 10. P. N. l. c. cap. 2. nu.*  
*114. eadē est ratio de asſecuratore. ibid. Syl.*  
*Fideiūſor nu. 14. Couar. l. 5. var. refol. c. 2. nu.*  
*6. In arbitrandō pretio consideranda debili*  
*quantitas, periculumq; *Mol. l. c.**

2. Pro fideiūſione Pr̄lati non tenet ſucceſ-  
ſor, ſicut neq; tenetur in alijs contractib. quos  
predecessor fecit nomine proprio; ſecus ſi co-  
traxit nomine Ecclesiæ, & eius, non ſuam rē  
agens. *Couar. lib. 2. var. refol. c. 15. num. 6. Mol. de*  
*contract. difſp. 492.*

3. Tene-

3 Tenetur debitor de omni danno sua culpa accidente fideiussori, de quo tamen vide CVLPA.

\*Fum.l.c.12..

4 Fideiubens simpliciter, non tenetur ad intereste, nec ad debiti augmentum. Syl.l.c.11.

5 Fideiussor, usque ad certum tempus debitum soluendi, si id à creditore debitori prorogatur, non tenetur ille postea, nisi in id de novo consenserit.

\*Syl.l.c.12.Fum.14.P.N.l.c.c.4.num.160.

6 Non tenet fideiussio accessoria contractui inualido, ut minoris, qui se non potest obligare. Quidam tamen tenere dicunt si quis se pro minori obligavit.

7 Fideiussio eius qui est sub alterius potestate, communiter non valet. Nec Clericus, nisi in necessitate, debet pro laico fideiubere.

\*Syl.l.c.4.Fum.2.3.4. & Nec Syl.l.c.3. Pro Ecclesia, aut clero potest. Syl.l.c.

8 Promittens aliquem praesentare, si is ob citimen capitale postea commisum; sine illius culpa lata fugiat, non tenetur.

\*Syl.l.c.num.6..

Addit. 3 Fideiussorem teneri soluere debita, antequam à Iudice cogatur, alij aiunt, alij negant. vide P.N.l.c.c.4.num.150.151.

Creditor potest accipere moderatum pretium; ut ab obligatione fideiussorem liberet.

Mol.l.c.1.

Mutuare cum pacto, vt fideiūffor sit promtuante; vſura est. *Mol. l.c.*

De contractu aſſecuſationis *Garziſas l. c. de contract. c.39. Lopez l.c.*

*Fideicommissum.*

**1** *F*idei commiſſo ſubiecta poſſunt alienari cauſa dotis, etiam poſt fideicommiſſum promiſſæ, & alimentorum.

*Filius, vide Dispensatio, Donatio, Hæreditat, Parentes, Peculium.*

**1** *F*ilius familiæ dicitur, qui eſt in potestate patris aut aui, vel proauii, &c.

\* De peccatis filiorum erga parentes. *Nau. c.14. à num. ii. Tol. l. 5. c. 1. De pietate in parentes Lopez p. 1. c. 53. 54.*

**2** Supremus aſcendentium habet omnes descendentes in potestate: quo mortuo, manent in potestate ſequentis.

**3** Fœminæ non haſtent filius in potestate, nec eius aſcendentes.

**4** Legitimus filius dicitur, qui lege probatus, vt adoptatus.

**5** Legitimus naturalis, qui ex legitimo matrimonio.

**6** Naturalis, qui ex copula, nec approbata, nec reprobata Iure Ciuii.

**7** Spurius, qui ex reprobata, vt ex conſanguinea,